



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Ratio, commendandi se B. Dei genetrici tum mane, tum vesperi, n. 9

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

uorsus Cluniacensium conuenimus usque hodie. huc usque Casarius, qui à Ioanne Xanthenfi testi oculato hæc se accepisse narrat,

*Casarius.  
Sacrum B.  
Virginis  
audiens  
Vualterius  
summi in  
somnia  
su locū eo.  
de tēpore  
obtinere  
uidebat.*

Apud eundem Casarium libro 7. cap. 39. Vualterius de Birbach Virginis deuotissimus, cuius mentionem feci cap. 36. ieiunijs, elemosinis, & missis, quas celebrari curabat, Deiparam honorare studebat. Is cum miles esset strenuus, & aliquando cum alijs militibus ad tournamentum quoddam properaret, præteriens per quoddam Templum, comites suos ad missam audiendam inuitauit, quod cum recusassent verentes, ne tardius peruenirent, ipse alijs recedentibus missam de B. Virgine cantari curauit; oblationemque fecit, qua peracta suum iter est persecutus: audiensque à pluribus ludum torneamenti inchoatum, & Vualterum de Birbach fortiter se gerere, omnibusq; præferri & ab omnibus laudari: magno stupore captus est intellexitque B. Virginis pietate factum esse, vt eius absentia propter obsequium erga eandem exhibitum mira quadam virtute, & cum sua maxima apud Commilitones gloria suppleretur.

**PRECES, QUÆ PRO CVIVSQUE**  
*pietate recitari possunt.*

*De priua  
tia precib.  
in honore  
Virg. per  
soluendis.* **SECUNDO**, priuatæ preces, quæ pro vniuersis, cuiusque deuotione in Virginis honorem laudantur: vtilissimæ sunt, præsertim, si precibus voce prolatis aliquot mentis exercitium addatur, gratias Virgini pro acceptis ab ea beneficijs agendo: nosque ipsos illi in seruos offerendo, & aliqua ab ea enixius petendo, quod exercitum quotidie mane, cum surgimus, & vesperi ante cubitum fieri deberet, vt pietas erga Virginem iugiter accendatur, eiusque suffragium, in quotidianis necessitatibus inuocetur; formulam huius exercitij, quam facile quiuis ex se facere posset, ad maiorem lectorum facilitatem, mox subiiciendam duximus. Sanæ Albertus magnus ab ineunte ætate (vt ex Chronicis Fratrum Prædicatorum diximus cap. 36.) quotidie certas preces tanquam obsequij sui pensum Deiparæ persoluens, eius patrocinium inuocabat, luxque pietatis fructum amplissimum reportauit.

Ad has porro priuatas ad Deiparam preces multa reuocari possunt. Primam, vt mane statim ac surgimus, & vesperi antequam nos-

cubitum recipiamus illi nos, nostrasque sedulo commendemus. Alterum, vt cum domo, siue egrederimur, siue reuertimur: eius patrocinium enixè imploremus. Demum, vt in eius templis coram eius imaginibus illi preces fundamus, vel aliqua alia oblata occasione, salutatione Angelica vel alia precatiuncula eam reuerenter inuocare studeamus, verum de his omnibus aliquid subijciamus.

**RATIO COMMENDANDI SE BEATISSIMA DEI GENITRICI, SUM MANE, TUM VESPERI.**

**M**ANE cum primùm surgimus, Pater noster, & Ave Maria. Deinde aliqua ad B. Virginem precatio, eiusmodi est sequens, quæ ex officio paruo B. Virginis est desumpta.

**ORATIO.**

O Domina mea sancta Maria, me in tuam benedictam fidem, ac singularem custodiam, & infinitam misericordiam tuam hodie, & quotidie, & in hora exitus mei, animam meam, & corpus meum tibi commendo, omnem spiritum meum, & consolationem meam, omnes angustias, & miseras meas, vitam, & finem vitæ meæ tibi committo; vt per tuam sanctissimam intercessionem, & per tua merita omnia mea dirigantur, & disponantur opera secundum tuam, tuique filij voluntatem. Amen. Sancta Maria succurre miseris, tuua pusillanimes, resuscitabiles ora pro populo, interueni per clero, intercede pro deuoto famulo sexu, sentiant omnes tuum suuamen quicumque celebrant tuam sanctam commemorationem.

*Veri. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.*

*Resp. V. digni efficiamur promissionibus Christi.*

*MARIA mater gratia.*

*Mater misericordia.*

*Tu nos ab hoste protege.*

*Et hora mortis suscipe.*

*Gloria tibi Domine.*

*Qui natus es de Virgine.*

*Cum Patre, & sancto Spiritu.*

*In sempiterna secula. Amen.*

Deinde primò, gratias agam de cunctis beneficijs tuis generalibus, quæ cum alijs communia sunt, quod scilicet Christum nostrum redemptorem genuerit, & similibus, tum etiam de particularibus, & occultis, quæ illa mihi à Christo impetrauit, præcipue verò de ijs, quæ peculiariter intelligo, me ipsius intercessione obtinuisse.

Secundò

Secundo, totum illi me tradam, atque in seruum offeram, otans, vt mei patrocinium, tutelamque suscipere, meq; suo praesidio munitum, ab omni tum animae, tum corporis periculo tueri dignetur.

Tertio, aliquot beneficia pro me, caeteriq; proximis petam, praesertim vt mihi à suo filio profundam Humilitatem, purissimam Castitatem, flagrantem erga Christum amorem, & in recto virtutis itinere profectum, ac perseverantiam impetret, & vt ab omni peccato, praesertim mortali efficaciter caueam: praeterea aliquid illius mihi doloris impertiat, quem ex filij Cruciatibus haulit, iuxta illud Bernardi de lamentat. Virginis, *Mihi, obsecro, Lachrymas illas infunde, quas ipsa habuisti in sua passione; Praeparationis etiam, atque ardoris animi, sciuntillam, qua sanctam Eucharistiam post filij in Coelum Ascensionem sumebat. Denique augmentum deuotionis, & affectus erga eandem sanctissimam Virginem. Haec autem beneficia per septem eius gaudia, doloresque totidem petam, quibus est affecta, dum in terris viueret. finem denique faciam ipsius benedictionem rogando illis verbis: Nos cum prole tua benedicat Virgo Maria. Amen.*

Bernard.

Offic. Eccl.

VESPERI ANTE CVBITVM AD eandem sanctissimam Virginem Dei Genitricem.

**P**ATER noster, Ave Maria. Deinde sequens, vel alia precatio. Haec verò desumpta est ex Officio patris Beatae Virginis.

Ratio commendandi se Virgini ante cubitum.

Offic. Eccl.

O Maria Dei Genitrix Virgo gratiosa omnium desolatorum ad te clamantium consolatrix vera, per illud magnum gaudium, quo consolata es, quando cognouisti Dominum Iesum die tertia à mortuis impassibilem resurrexisse, sis consolatrix anima mea, & apud eundem suum, ac Dei uatum Vnigenitum in die nouissimo, quando cum anima, & corpore ero resurrecturus, & de singulis meis factis rationem redditurus, me digneris iuuare, vt perpetua damnationis sententiam per te pia Mater & Virgo valeam euadere. & cum electis Dei omnibus ad aeterna gaudia feliciter peruenire. Amen.

Sub tuum praesidium confugimus sancta Dei genitrix nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus: sed à periculis cunctis libera nos semper

Offic. Eccl. Virgo gloriosa, & benedicta.

Maria mater gratia

Mater misericordia. Vt supra:

Deinde gratias agere, offerre, & petere debeat.

DEIPARA SALVTANDA IN ingressu, & egressu à domo.

**A**D alterum priuatarum precum caput B. Virgo saluanda facit, vt antequàm Domo quis egre- diatur Virgini Beatissimae, veluti peculiari lux Dominae in cubiculo coram eius Imagine se suaq; negotia peragenda commendat; ac sub eius amplissimo pallio, hoc est peculiari patrocinio, tantisper cogitatione se sistat, eoq; munitus praesidio contra varias hostium tum visibilibus, tum inuisibilibus insidias, quae plurimae passim occurrunt foras exeat; Idcirco salutationem Angelicam recitet, & ab eo, eiusque filio veluti exeundi veniam, benedictionemq; petat illo versiculo:

Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria.

Idem quoque tibi praestandum erit, vbi Domo reuersus in cubiculum te receperis: & profectò ea ratione seruabimus, id quod Hieronymus epistola 22 inter alia monita, Virgini Euthochio, alijsque religiosam vitam instituerent volentibus tantopere commendat illis verbis: Egreddentes de hospicio armet oratio, regredientibus de platea oratio occurrat, antequam seors; nec prius corpusculum requiescat quam anima pascatur sic ille.

Ac de Deipara per eam occasionem salutanda, Lanspergus in ordinario breui manuscripto de ratione viuendi Carthusianorum, egregie sic monet: Per soluto sacro, & reditis debitis gratijs, rediens ad Cellam ad Imaginem B. Mariae, (quae custos iuxta fores Cella tua vigilat) paulisper subsiste, aut si festinato intrandum est, dum clausi reseras ostium, ora matrem Dei vultu adoptet, teneat, possideat in filium, Cellam ingressus, primū sit, quod ante omnia facias, vt in Oratorio ad orationem procidas, beatam Mariam tua cella Patronam, ac Dominam salutaturus: de ergo mente deuota vnus AVA MARIA haec ille.

Lansperg.

Et centè eiusmodi erga Deiparam studium miraculis interdum comprobaum legimus, Denotio quemadmodum ex Prato spiritali cap. 180. cuiusdam constat in Abbatte Ioanne Anachoreta, qui Clerici erum peregrinatum exiret candelam accensa Deiparam in Cella coram Deiparae Imagine reliqueret, eiq; sub discessum enixè se commenda-

Pratum spiritalis.

confirmat.